

Recurritur ad Archiepiscopum Mexicanum, qui eos in primum restituit statum.

Procurator Gener. Carmelitari supplicat pro nova Pontificia declaratione favore dictorum Tertiariarum.

Clemens declarat eosdem promissis, fru gratis Ordinibus.

Sicque firmat, ut servari precipit.

qui tertio Ordini B. Marię hujusmodi adscripti erant deleri ausi fuerunt. Quare dicti Tertiarii B. Marię ea de causa ad Ven. Fratrem modernum Archiepiscopum Mexican. recursum habuerunt, qui auditis rationibus hinc inde deductis, considerantque charitatem, piamque devotionem Christianorum erga Regulares Ordines non esse restringendam, sed omnibus ad animarum salutem medijs amplificandam, mandavit Tertiarios B. Marię predictos reintegrandos, & Tertio Ordini S. Francisci, unde delati fuerant, iterum ascribendos esse.

§.3. Quamvis autem mandatis hujusmodi predicti Tertiarii S. Francisci paruerunt, tamen dictus Vincentius Procurator Generalis ad auferendas perturbationes, ac confusiones, quę ea super re in posterum exoriri possent, adscriptos tertio Ordini S. Francisci, seu cuiusvis alio Tertio Ordini regulari, qui Tertio Ordini Beatę Marię hujusmodi adscribi desideraverint, omnibus Indulgentiis, privilegijs, & gratijs spiritualibus eorum respective Ordini concessis promiscue frui posse per nos declarari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur pijs eiusdem Vincentii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque Vincentium Procuratorem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotuit existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolventes fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinanti, omnibus, & singulis Tertiarijs cuiuscumque Tertii Ordinis regularis, qui inter Tertiarios dicti Tertii Ordinis B. Marię de Monte Carmelo adscribi desideraverint, ac Regulas, statuta, & conditiones predictis Tertiarijs B. M. de Monte Carmelo prescripta adimpleverint, omnibus, & singulis Indulgentiis, privilegijs, & gratijs spiritualibus Tertio Ordini B. M. hujusmodi concessis, promiscue una cum alijs Indulgentiis, privilegijs, & gratijs predictis eorum Tertio Ordini, in quo adscripti reperiuntur concessis, frui, & gaudere possint, & valeant, nec Tertiarios hujusmodi ab eorum respective tertio Ordine, in quo adscripti fuerint, propter suam inter Tertiarios B. Marię adscriptionem deleri unquam posse, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus, ac declaramus.

§.5. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, plenissime suffragari, sicque in premissis per

quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum, aliorumque Ordinum etiam Jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad premissorum effectum hac vice dumtaxat consequendum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, quod earumdem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides ubique tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quę ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Novembris 1739. Pont. Nostri anno X.

Contraria tollit.

Transumptis fidem addit.

Dat. die 23. Novembris 1739. An.X.

CCLXX.

Nonnulla in Constitutione, quę incipit: In Supremo Justitie Solio: contra homicidas pro Ecclesiastica Ditione iam edita, ad Dominium, & Ditiones tam Terrę firmę, quam Regni Corsicę, & Insule Capraricę Reipublicę presatę respective extenduntur.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias nos per nostras sub Plumbo expeditas literas nempe 4. Kalen. Febr. anno Incarnationis Dominicę 1734. Pontificatus Nostri Anno Quinto ad compescenda, & coercenda, atque ab hac Alma Urbe, totaque in temporalis S. R. E. ditione penitus avertenda, & eliminanda homicidia, quę a viris sanguinum divini, humanique juris oblitis, incredibili cum immanitate in dies magis, magisque increbescente sepiissime patrari non sine gravissimo paterni animi nostri dolore, ac moerore inaudiveramus, Constitutionem, quę incipit: In Supremo Justitie Solio: promulgavimus, in qua postquam omnes, & singulas Constitutiones a se. re. Pio II., Paulo II., Sixto IV., Julio II., Leone X., Julio III., Pio IV., Pio V., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., Clem. VIII., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII., & quibusvis alijs Romanis Pontificibus Prędecessoribus nostris adversus homi-

In Constitutione laudata confirmata le ges, & pœnis a Summis Pontificibus late contra homicidas.

homicidas saluberrime editas, approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo pretendi, vel allegari potuisset, restituvimus, & plenarie reintegravimus, quę deinceps omnino, & inviolabiliter observari precepimus, & mandavimus.

§.2. Inter cetera in eadem Constitutione contenta, hæc prescripta erant, tenoris, qui sequitur: Et quoniam experimento compertum est, administrationem, ac cursum rectę, & expeditę iustitię, quę Republicę salus prescipue innotuit, summo opere obturbari, vel ab excessivo numero privilegiatorum vulgariter: Patentari: innotuatur, vel a minus recta intelligentia Privilegiarum concessorum, proinde falsis, firmisque remanentibus decretis, & resolutionibus, quę temporibus se pariter rec. Urbani PP. VIII., & dictorum Innocentii XI., ac Innocentii XII. Prędecessorum, aut alias quomodocumque ea super re emanarunt, volumus, quod privilegium Fori nemini quorumcumque Privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico predictis officialibus, aliisque privilegiatis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessarijs actu infensuribus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinarijs predictis, eorumque Curijs dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti privilegiati, quatenus Clericali caractere insigniti, Ecclesiasticę, & quatenus laici fuerint seculari jurisdictioni subiacent. Reservantes nobis facultatem declarandi quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinariorum, ac Officiales necessarij Curijs Ecclesiasticis, verum, & actuale servitium prestantes.

§.3. Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique alijs irreprehensibilis, & ab omni culpa, & macula immunis vitę, ac virtutum exemplo præluere deberent, aliqui interdum reperuntur adeo suę vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste pluribus etiam homicidijs manus suas cruentare non perhorrescant. Nos perverforum quorumcumque malitię obviandum esse non indulgendum probe intelligentes; ad istorum quoque frandandam pervicaciam perpetuo itidem statuimus, quod Clericus primę Tonsurę nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinens, tamen si conditiones Clericis hujusmodi a Concilio Tridentino prescriptas servaverit, ac servet pro duobus tamen homicidijs animo deliberato, ac premeditato per eum patratis, privilegio fori, & canonis in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem exuatur, & uti incorrigibilis omnino seculari potestati subiiciatur, ab ea animam Laicus legitimis pœnis plectendus: Clericus quoque in Minoribus Ordinibus constitutus, nec prescripta a Concilio Tridentino servans, tam celebs, Bull. Rom. Tom. XIV.

Abbatum Fori Privilegijs ex Patentibus

Statuta forma animadvertendi in Clericos.

quam conjugatus in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, neque a proprio Episcopo, seu Ordinario repeti, minisque habitum Clericalem, quem indigne abiecit reassumere possit post totaliter expiatam admitti delicti pœnam. Declaratio autem, an reus ante patratum homicidium requisita a Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve loci Ordinarium omnino spectet, non retardata iterum delinquentis allecuratione faciendā etiam per Judicem laicum nomine Ecclesię, qui illum pariter Ecclesię nomine ad illius dispositionem retinere possit, ac debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversā, ac etiam contraria juris Canonici, & Apostolicarum Constitutionum dispositione, seu interpretatione, necnon consuetudine haud refragante.

§.4. Porro cum idem Benedictus Prędecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus quam alia facinora in celebri Constitutione dicti Gregorii XIV. etiam Prędecessoris, quę incipit: Cum alias: recessita publica quieti officere, pro commissi sibi Apostolici officii debito per predictam suam Anno Incarnationis Dominicę 1725. Sexto Idus Junii, cum initium est: Ex quo Divina: evulgatę Constitutionem laicos animo premeditato, ac deliberato, proximum suum interficientes, ab Ecclesiasticę immunitatis beneficio excluderet, & repulerit, ac pro exclusis, atque repulis haberi voluerit: Nos ob gliscentem in dies quorundam Ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque, crimen prolabantur, ipsorum Gregorii, & Benedicti Prędecessorum Constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus, inhaerentes, & quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum reos, immunitate Ecclesiasticę nequaquam juvari, iterum decernentes, eandem Benedicti Prędecessoris Constitutionem, Laicos animo premeditato, ac deliberato proximum suum, sicut præmittitur, interficientes, a beneficio immunitatis Ecclesiasticę excludentem, ad ipsos Ecclesiasticos cuiuscumque gradus, & Ordinis existant in Urbe, ac universa ditione Nobis, & Sedi Apostolicę mediare, vel immediate subiecta homicidium animo similiter premeditato, ac deliberato patrantes extendimus quoque, & amplius, dummodo tamen causa admitti per eos homicidii ab illorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, & ab eo, si rei reperti fuerint, citra pœnam Sanguinis, ad prescriptum Sacrorum Canonum condigna puniantur animadvertentione.

§.5. Ulterius ad varias Doctorum, qui ejusdem Benedicti Prędecessoris mentem quoad Personas in dicta ejus Constitutione comprehensas interpretari, & explicare, voluerunt, sententias, & opiniones dirimendas, declaramus homicidii reos natu minores viginti quinque, majores vero viginti

Sancimus Ecclesiasticę immunitatis non gaudere illos, qui dolose, & premeditato animo quemcumque occidunt.

Data methadus extrahendi reos e loco immuni.

Immunitate  
privati ex cau-  
sa homicidii  
condemnat in  
contumaciam

Diverfimode  
agendum in  
extrahone e  
loco immuni  
fecundū qua-  
litatem per-  
sonarum, &  
delicti.

ginti annis tam Laicos, quam Clericos, at-  
que omnes, & singulos five Laicos, five  
Clericos, qui mandatum, consilium, in-  
fligationem, auxilium cooperativum, aut  
aliam operam occifori præbuerint, ex quo-  
rum fingulis pravis actibus homicidium eve-  
nerit, in dicta Benedicti Prædecefforis Con-  
stitutione comprehensos esse, ac deinceps  
censeri debere, eamque quatenus opus fit,  
ad ipsos pariter extendimus, ita scilicet,  
ut illorum extractio e loco immuni, atque  
traditio Curie Sæcularis requisitionem fiat  
a Curia Ecclesiastica, & Clerici ab ipsa  
Curia Ecclesiastica ex officio omnino ex-  
trahatur juxta normam infra dicendam.

§.6. Item declaramus omnes, & sin-  
gulos prædictos tam Laicos, quam Eccle-  
siasticos, qui in Urbe, & ditione præfatis  
ex causa, & occasione homicidii etiam in  
rixa commiffi cum armis, seu instrumentis  
supapte natura aptis ad occidendum inquisiti,  
& processati, vel in contumaciam banniti,  
& condemnati fuerint, dummodo homici-  
dium non fuerit casuale, vel ad propriam  
defensionem immunitatis prædictæ benefi-  
cio minime etiam gaudere.

§.7. Utque reorum ratione homicidii  
ut præfertur, excepti, inquisitorum, seu  
bannitorum, & in contumaciam condem-  
natorum extractio ab Ecclesiis, aliisque lo-  
cis immunibus, atque traditio suo cuique  
Judici competenti legitimis modo, & for-  
ma a Curia Ecclesiastica fiant. Volumus,  
& ordinamus, ut quotiescunque Judici Ec-  
clesiastico competenti innotuerit aliquem  
Laicum, seu Ecclesiasticum ex causa ho-  
micidii excepti inquisitum, atque proces-  
satum ad Ecclesiam, seu locum immunem  
confogisse, ibique moram trahere, ac ea  
super delicti qualitate, ac Personæ recitate  
subministrata vel acquisita suppetant indi-  
cia, quæ ad capturam decernendam suffi-  
cere videantur, tunc idem Judex Ecclesi-  
asticus ex officio, ac nemine etiam requi-  
rente, si delinquens sit Clericus, sin vero  
Laicus, postquam a Curia Sæculari requi-  
situs fuerit, ac ipsius delinquentis extra-  
ctionem ab Ecclesia, seu loco immuni im-  
plorato etiam ad hoc quatenus opus sit au-  
xilium brachii Sæcularis, & cum interventu  
Personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputan-  
dæ, devenire teneatur; Extractumque ad  
suos, si tuti, & securi fuerint, sin minus  
ad Curie Sæcularis Carceres asportari, ibi-  
que sub tuta custodia detineri curet, &  
faciat.

§.8. Ubi vero ex processu informativo  
desuper conficiendo quoad inquisitum non-  
dum condemnatum dictus Judex Ecclesi-  
asticus ex acquisitis, seu subministratis in-  
diciis, ad torturam tantum sufficientibus  
ab extracto homicidium a prædicta Benedi-  
cti Prædecefforis, & hac nostra Constitu-  
tionibus exceptum patratum fuisse cogno-  
verint, ad declarationem, quod scilicet  
de casu ita excepto constet, progrediatur;  
Extractumque, si Laicus sit, Ministris, & Of-  
ficialibus Curie Sæcularis; Si autem Cle-  
ricus, ejus competenti Judici Ecclesiastico

tradere, & consignare possit, ac debeat,  
exactis tamen, receptisque in actu tradi-  
tionis, & consignationis hujusmodi a Judi-  
ce quidem Sæculari juramento, & ab Ec-  
clesiastico promissione in verbo veritatis de  
restituendo extractum Ecclesiæ, locove  
immuni sub pœna excommunicationis lata  
sententiæ Nobis, & eidem Romano Ponti-  
fici pro tempore existenti reservata, qua-  
tenus extractus in suis defensionibus, quæ  
ad tramites juris, & Ordinationum Apo-  
stolicarum ei competunt, præfata elidat,  
& diluat indicia, & si illa minime eliserit,  
five diluerit, & delinquens repertus fuerit,  
Judici suo, scilicet Ecclesiastico in Cleri-  
cum, Sæculari in Laicum, ut juris esse cen-  
suerit, animadvertere liceat.

§.9. Quoties autem de jam bannito,  
aut in contumaciam damnato ex causa ho-  
micidii superius excepti, five Laico, five  
Ecclesiastico agetur, quilibet Judex Ec-  
clesiasticus, ut præfertur, competens ad il-  
lius Laici nimirum, instans Curia Sæcula-  
ri, & Clerici ex officio extractionem ab Ec-  
clesia, locove immune cum interventu quo-  
que Personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo depu-  
tanda, ac traditionem suo respective Judi-  
ci, sicut mox dispositum est, faciendam pro-  
cedat, solamque sententiæ contumacialis,  
& actorum, quibus illa fundatur, exhibito-  
nem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus  
Judex Ecclesiasticus ex illorum inspectione  
dumtaxat agnito, num istiusmodi senten-  
tia contumacialis legitime, justeque prolata  
sit ad formam Constitutionum Apostoli-  
carum, pronunciare, & declarare queat, &  
debeat, an bannitus, & in contumaciam  
damnatus consignandum veniat nec ne?

Exactis pariter, & receptis, quatenus con-  
signetur a Judice Sæculari juramento, si de-  
linquens sit Laicus, ab Ecclesiastico vero  
si fuerit clericus, promissione ipsum, ut su-  
pra restituendi Ecclesiæ, locove immuni  
sub antedicta pœna excommunicationis, si  
extractus in suis similiter defensionibus ei  
ad præscriptum prædictarum Constitutio-  
num Apostolicarum competentibus nullita-  
tem, & injustitiam contumacialis senten-  
tiæ prædictæ ostenderit, & sceleris indicia  
diluerit; Quod si id præstare nequiverit, &  
ex eisdem Sententiæ, & actis rite, & recte  
gestis Reus repertus fuerit; Judex ejus com-  
petens sententiæ exequi, & quando ali-  
quem in pœna irrogata excessum deprehen-  
derit, etiam moderari valeat; ita quod  
quæcumque declaratio a prædicto Judice  
Ecclesiastico facta in Judicio Ecclesiasticæ  
Immunitatis super consignatione Banniti, &  
in contumaciam damnati, ejusque denega-  
tione nullatenus deservire, & a nemine al-  
legari possit in alio diverfo, ac separato Ju-  
dicio, in quo scilicet de præfata sententiæ  
contumacialis executione postmodum di-  
sputari contingeret, ad quem effectum di-  
cta declaratio Judicis Ecclesiastici perinde  
habeatur, ac si non emanasset, nec ullus  
exinde serupulus animo Judicis competen-  
tis in cognoscenda, & definienda validita-  
te, seu nullitate, Justitia, seu Injustitia,  
ejusdem sententiæ contumacialis ingeratur.

§.10. Quo-

Concedit Pô-  
tiffex quoad  
ea, quæ huic  
Constitutioni  
adjuncta sunt.

Que vero de  
dilatione in-  
dictionum, &  
sententiæ con-  
tumacialis sit,  
reducit ad  
terminos ju-  
ris municipa-  
lis.

Qui pro Epif-  
coporum fa-  
miliaribus ac-  
cipiendi sint.

§.10. Quoniam autem dilecti filii nobi-  
les Viri Dux, & Governator Reipublicæ  
Januæ, Nobis nuper humiliter supplicari  
fecerunt, ut dispositionem prædictæ Con-  
stitutionis nostræ superius insertam, ad Do-  
minium, & Ditiones tam Terræ firmæ,  
quam Regni Corsicæ, & Insulæ Caprariæ ei-  
dem Reipublicæ subjectas, in quibus homi-  
cidia quoque frequentissima sunt, extende-  
re, & ampliare de benignitate Apostolica  
dignaremur.

§.11. Nos igitur ipsos Ducem, & Gubernatores specialibus favoribus, & gratis pro-  
sequi volentes, eorumque singulares personas a  
quibusvis excommunicationis, suspensionis,  
& interdictionis, aliisque Ecclesiasticis senten-  
tiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si  
quibus quomodolibet innotata existunt ad  
effectum præsentium dumtaxat consequen-  
dum, harum serie absolventes, & absolutas  
fore censentes, hujusmodi supplicationibus  
inclinati, & ad tam exitale homicidiorum  
flagitium, quantum cum Domino possumus  
propulsandum, exterminandumque advi-  
gilantes, prædictam Constitutionem pro  
universa, ut præmittitur S. R. E. præfata  
ditione a Nobis factam quoad præsertim in  
his præsentibus literis respective ad Domi-  
nium, & Ditiones prædictas ejusdem Rei-  
publicæ Apostolicæ auctoritate motu pro-  
prio tenore præsentium extendimus, & am-  
pliamus, atque deinceps omnino, ac invio-  
labiliter observari præcipimus, & man-  
damus.

§.12. Volumus tamen, ut sicut in no-  
stra ditione Ecclesiastica tum extractus in  
suis defensionibus, quæ ad tramites juris,  
Apostolicarum Ordinationum ei compe-  
tunt, elidat, & diluat indicia, tum sola  
sententiæ contumacialis, & actorum, qui-  
bus illa fundatur exhibitio ad hoc sufficiat,  
ut Judex Ecclesiasticus ex illorum inspe-  
ctione dumtaxat agnito, num sententiæ  
contumacialis legitime, justeque prolata  
sit ad formam Constitutionum Apostolica-  
rum, pronunciare, & declarare queat, &  
debeat, an bannitus, & in contumaciam  
damnatus consignandus veniat nec ne, tum  
denique si extractus in suis defensionibus ei  
ad præscriptum prædictarum Constitutio-  
num Apostolicarum competentibus nullita-  
tem, & injustitiam contumacialis sententiæ  
prædictæ ostenderit, & sceleris indicia di-  
luerit, ita pariter in Dominio, & Ditioni-  
bus prædictis, hæc omnia præmissa ad di-  
spositionem juris, & statuta localia Domi-  
nii, & Ditionum hujusmodi intelligi de-  
beant.

§.13. Ac insuper volumus, ut donec,  
& quousque five per Nos ipsos, five per Ro-  
manos Pontifices pro tempore existentes  
declaratio hujusmodi facta non fuerit, ii tan-  
tummodo familiares, & officiales excepti  
intelligantur, & habeantur, quos de jure,  
& juxta consuetudinem cujuslibet loci usque  
ad hanc diem pro familiaribus, & officia-  
libus habitos, & deputatos esse, & haberi,  
ac deputari solitum est.

§.14. Decernentes easdem præsentibus li-

teras, & in eis contenta quæcumque sem-  
per, & perpetuo firma, valida, & effica-  
cia existere, & fore, suosque plenarios, &  
integros effectus fortiri, & obtinere, atque  
ab omnibus, & lingulis, ad quos spectat,  
& pro tempore quodcumque spectabit,  
plenissime observari, sicque, & non aliter  
in præmissis per quoscumque Iudices Ordina-  
rios, & Delegatos etiam causarum Pala-  
tii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E.  
Cardinales etiam de latere Legatos, eorum-  
demque Cardinalium Congregationes,  
aliosve quoslibet quæcumque præminentia,  
& potestate fungentes, & functuros, subla-  
ta eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-  
candi, & interpretandi facultate, & au-  
doritatem, judicari, & defini debere, ac  
irritum, & inane, si secus super his a quo-  
cumque quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

§.15. Non obstantibus præmissis aliis-  
que Apostolicis, ac in Universalibus, Pro-  
vincialibusque, & Synodalibus Conciliis  
editis generalibus, vel specialibus Consti-  
tutionibus, & Ordinationibus, necnon  
etiam juramento, confirmatione Apostoli-  
ca, vel quavis firmitate alia roboratis sta-  
tutis, styliis, uibus, & consuetudinibus,  
etiam immemorabilibus, ac quorumcum-  
que Prædecefforum Nostrorum literis, pri-  
vilegiis, Indultis, & facultatibus quibus-  
vis etiam dictis Cardinalibus, eorumque  
Congregationibus, sub quibuscumque ver-  
borum tenoribus, & formis, ac cum quibus-  
vis etiam derogatoriis derogatoriis,  
aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in-  
solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis  
decretis etiam motu, scientia, & potesta-  
tis plenitudine similibus, etiam consistoria-  
liter, vel alias quomodolibet in contra-  
rium præmissorum concessis, confirmatis,  
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis  
etiam pro illorum sufficienti derogatione  
de illis, eorumque totis tenoribus specia-  
lis, specifica, expressa, & individua, ac de  
verbo ad verbum non autem per clausulas  
generales idem importantes mentio, seu  
quavis alia expressio habenda, aut aliqua  
alia exquisita forma ad hoc servanda foret,  
tenores hujusmodi ac si de verbo ad ver-  
bum nihil penitus omisso, & forma in illis  
tradita observata exprimerentur, & infer-  
rentur, præsentibus pro plene, & suffi-  
cienter expressis, & insertis habentes, illis  
alias in suo robore permanfuris ad præmis-  
sorum effectum hac vice dumtaxat specia-  
liter, & expresse derogamus, ceterisque  
contrariis quibuscumque.

§.16. Volumus autem, ut lapsis vi-  
ginti quinque diebus postquam præsentibus li-  
teræ per Dominium, & Ditiones præfatas  
per Ordinarios locorum publicata fuerint,  
omnes, & singulos, in Dominio, & Diti-  
onibus prædictis existentes perinde ardeant,  
ac si unicuique eorum personaliter, ac no-  
minatim intimata fuissent. Urque ipsarum  
præsentium literarum transumptis, seu  
exemplis, etiam impressis manu alicujus  
Notarii publici subscriptis, & sigillo per-  
sonæ in Ecclesiastica Dignitate constituta  
muni-

Obstantibus  
derogat.

Terminum  
præfatis ad  
præfatas Con-  
stitutionis ob-  
servantiam  
inducendam.

Dat. die 14.  
Januar. 1740.  
An.X.

munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 14. Januarii 1740. Pont. nostri Anno X.

CCLXXI.

Regi Christianissimo, ejusque Successoribus conceditur indultum nominandi ad Beneficia in Ditionibus Lotharingiae, & Bari.

*Carissimo in Christo Filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.*

CLEMENS PP. XII.

*Carissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Alexan. VII. Regi Francie nominationis concessit ad Ecclesias Meten., Tullen., & Virdunen.

§.1. Alias quidem se. re. Alex. Papa VII. Praedecessor noster ob eximia, clara mem. Ludovici, dum vixit, Francorum Regis Christianissimi Avi Majestatis tuae in rem Catholicam merita, eidem Ludovico Regi, quoad vixisset, jus ipsi Alexandro Praedecessori, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus suis Successoribus nominandi personas probatas boni nominis, & secundum Sacrorum Canonum dispositionem idoneas ad Cathedrales Ecclesias Metensis, Tullenis, & Virdunensis respective Civitatum ab ipso Ludovico Rege tunc temporis possessarum, quoties illas quibusvis modis, & ex quorumcumque personis (non tamen per obitum apud hanc S. Sedem) vacare contigisset, per eundem Alexandrum Praedecessorem, suosque Successores praedictos ad nominationem praedictas reservaverat, concesserat, & assignaverat, & alias prout in ipsius Alexandri Praedecessoris literis desuper in simili forma die 11. Decemb. 1664. expeditis.

Clemens IX. hujusmodi concessionem extendit ad omnia Beneficia adhaec.

§.2. Subinde vero se. etiam mem. Clemens Papa IX. itidem Praedecessor Noster, firmiter in Domino sperans fore, ut tam ipse Ludovicus, quam Successores Reges Christianissimi gloriosos Antecessorum Regum vestigiis inherentes, Religionem Christianam, & fidem Catholicam tueri, & propagare, dictaeque Sedis Apostolicae honorem, & auctoritatem in universis suis, & ipsorum Regum successorum Dominiis illibatas conservare omni studio curaturi, atque in nominandis ad infra scripta Beneficia personis, quae vitae integritate, Religione, Fide, & doctrina praestarent, summum studium, summamque diligentiam semper adhiberi, nec suam ipsorum conscientiam ea in re ullo modo laedi forent passuri, maioremque ipsi Ludovico Regi ejusque Successoribus exercenda erga personas benemeritas Regiae beneficentiae facultatem Apostolica benignitate ducens concedendam, eidem Ludovico Regi, ejusque Successoribus Regibus Christianissimis

in unitate Catholicae Fidei, ac Sedis Apostolicae praedictae obedientia perseverantibus, jus nominandi ipsi Clementi Praedecessori, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus Successoribus suis personas probatas bonorum nominis, & fama, ac secundum Sacrorum Canonum dispositionem idoneas ad quaecumque Beneficia Secularia, & quorumvis Ordinum regularia in praedictis Meten., Tullen., & Virdunen, Civitatibus, earumque Territoriis Ditioni, & Dominio temporalibus tunc temporis eidem Ludovico Regi subiectis consistentia, quae extra Romanam Curiam quibusvis modis, & ex quorumcumque personis vacare contigisset, & quorum Collatio, provisió, & omnimoda dispositio eidem Clementi, & Romanis Pontificibus Successoribus praedictis, & dictae Sedi quomodolibet (non tamen ratione obitus apud Sedem eandem) reservata existeret per ipsum Clementem Praedecessorem, ejusque Successores Romanos Pontifices praedictos praeficiendas, & quibus Beneficia hujusmodi respective per dictum Clementem Praedecessorem, suosque Romanos Pontifices Successores praedictos conferri debuissent, motu pari sub certis modo, & forma tunc expressis reservavit pariter, ac concessit, & assignavit, & alias prout tam in praefatis ejusdem Alexandri, quam in dicti Clementis Praedecessoris literis die 23. Martii 1668. desuper in simili pariter forma Brevis expeditis, quarum etiam tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur.

Clemens XII. per modo d. jus ampliat in Ditionibus Lotharingiae & Bari.

§.3. Nos etiam eorundem Alexandri, & Clementis Praedecessorum praedictorum vestigiis insistentes, ac Majestatem tuam majorum tuorum Regum Christianissimorum virtutes amulantem, deque Nobis, atque ipsa S. Sede praecclare mereri pergentem paternam charitate complectentes; Motu proprio, ac ex certa scientia nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, eidem Majestati tuae, ac Successoribus tuis Francorum Regibus Christianissimis in unitate Catholicae Fidei, & Sedis Apostolicae praedictae obedientia perseverantibus, jus nominandi Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus Successoribus nostris, Personas probatas bonorum nominis, & fama, ac secundum Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretorum dispositionem idoneas, ad quaecumque, & qualicumque Beneficia Ecclesiastica Secularia, & quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutum (non tamen Hospitalia S. Joannis Hierosolymitani) Regularia, etiam si Secularia Canoniciatus, & Praebendae, Dignitates etiam post Pontificalem majores in Cathedralibus, ac principales in Collegiatis Ecclesiis, personatus, administrationes, & officia, Regularia, vero Beneficia hujusmodi, Monasteria etiam Consistorialia, & in libris Camerae Apostolicae taxata, Prioratus etiam Conventuales, Praepositurae, Praepositatus, Praepositorie, seu Commendae, & Officia (non tamen claustralia) fuerint, & ad illa consueverint,

rint, qui per electionem seu alium quemcumque modum assumi, exceptis tamen Mediano Monasterio vulgo de Moyen Moutier nuncupato S. Hidulphi Ordinis S. Benedicti, capite Congregationis Sanctorum Vitoni, & Hidulphi nullius Provinciae Trevirensis in Lotharingia eidem Apostolicae Sedi immediate subiecto, cui per alias nostras sub Plumbo pridie Idus Januarii Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo, seu alio veriori tempore expeditas literas, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus liberam electionem Personae idoneae Ordinis, & Congregationis hujusmodi in Abbatem dicti Monasterii praeficiendae expresse concessimus, aliique si quae alia sint Congregationum capita Monasteriis, ac Parochialibus Ecclesiis, earumque perpetuis Vicariis, & aliis Beneficiis curam Sacramentalium animarum Parrochianorum annexam quomodolibet habentibus omnibus) in ditionibus Lotharingiae, & Bari, quae Majestati tuae, & Successoribus tuis Francorum Regibus subiectae sunt dumtaxat consistentia, quae extra Romanam Curiam quibusvis modis, & ex quorumcumque Personis vacare contigerit, & quorum collatio, provisió, & omnimoda dispositio Nobis, & Successoribus nostris praefatis, & dictae Sedi quomodolibet (non tamen ratione obitus apud Sedem eandem) reservata existat per Nos, & Successores nostros praedictos, Monasteriis, Prioratibus, aliisque beneficiis praefatis ad nominationem hujusmodi praeficiendas, & quibus eadem Monasteria, Prioratus, & alia Beneficia praedicta respective, ut praemittitur, per Nos, dictoque Successores nostros conferri debeant, tenore praesentium reservamus pariter, ac concedimus, & assignamus.

Claustra pro concessionis huius firmitate.

§.4. Decernentes jus nominandi hujusmodi ad Monasteria, Prioratus, & alia Beneficia praedicta tibi, tuisque Successoribus Regibus memoratis ditiones pro tempore possidentibus competere debere, neque sub quacumque quantumvis speciali derogatione comprehendi, vel ei quovis modo, & ex quacumque causa derogari, & si derogari contingat, id minime suffragari posse, & nihilominus quaecumque Monasteriorum, Prioratum, & aliorum Beneficiorum hujusmodi provisiones, Commendas, & alias de eis dispositiones etiam cum juris nominandi hujusmodi derogatione contra earundem praesentium tenorem etiam per Nos, & Successores nostros praedictos, ac Sedem eandem absque tuis, Successorumque tuorum Regum praedictorum nominationibus etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus quoquo modo pro tempore faciendis, ac desuper conficiendas literas, & inde secuta quaecumque nulla, & invalida, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, teque vel memoratos Reges Successores tuos ad docendum de literis praedictis, seu illas ostendendum, & in eis contenta quaecumque iustificandum minime teneri, sed eidem praesentibus tantum uti posse, illisque tam in iudicio, quam

extra illud stari debere; Sicque & non aliter per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obstantibus quibusvis generalibus, vel specialibus Monasteriorum, & Prioratum, aliorumque Beneficiorum praedictorum reservationibus, seu affectionibus Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, & Nos, & Sedem eandem quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, necnon Cancellariae Apostolicae Regulis editis, & edendis, ac quibusvis aliis Apostolicis, necnon in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumcumque Ecclesiarum, & Monasteriorum, illorumque Ordinum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam quavis clausulas, & reservationes in se continentibus per eandem Praedecessores, ac Nos, & Sedem eandem Ecclesiam, & Monasteriis, illorumque Capitulis, Conventibus, & Ordinibus, aliisque Personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat consequendum, specialiter, & expresse motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & plene derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Terminus constituitur pro personis nominandis.

§.6. Volumus autem, ut tam Tu, quam Successores tui Reges praefati intra sex menses a die vacationis Monasteriorum, Prioratum, aliorumque Beneficiorum hujusmodi computandos, personas idoneas Nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici pro collatione, provisione, seu Commenda obtinenda nominare omnino teneamini, & ad Monasteria, seu Prioratus hujusmodi in titulum concedi solita, Clerici Seculares, vel alterius, quam Monasterii, seu Prioratus, ad quod, seu quem eos per te, vel Successores tuos Reges praedictos nominari contigerit, Ordinis Regulares nominandi, Habitum per Fratres, seu Monachos illius Monasterii, seu Prioratus gestari solum suscipere, & professionem per eosdem Fratres, seu Monachos emitti consuetam expresse emittere, omnesque, & singu-

singuli nominati prædicti super Monasteriis, Prioratibus, & aliis Beneficiis quibuscumque prædictis cuiuscumque valoris annui, etiam minimi existant, literas Apostolicas Collationis, provisionis, seu Commendæ respectivè sub Plumbo intra alios sex menses a die factæ nominationis computandos expedire, ac Jura Cameræ Apostolicæ, ac aliis propterea debita persolvere omnino teneantur; alioquin, dictis sex mensibus respectivè elapsis, de Monasteriis, ac Prioratibus, aliisque Beneficiis prædictis, ut præfertur, vacantibus per Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem libere disponi possit.

Hujusmodi privilegio frui quoque concedit Stanislaus Rex Poloniae.

Dat. die 15. Junii. 1740. An. X.

§.7. Volumus pariter, ut Indulto hujusmodi Tibi, ac Successoribus tuis Regibus Christianissimis prædictis, ut præfertur, concessio, Carissimus in Christo filius noster Stanislaus Rex Poloniae Illustris, ac Lotharingia, & Bari Dux non minus pietate, quam Orthodoxæ religionis zelo insignis, quoad vixerit libere, ac licite uti possit, & valeat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Januarii 1740. Pontificatus nostri Anno X.

CCLXXII.

Confirmatio Regulæ, & Constitutionum Monachorum Maronitarum Ordinis Sancti Antonii Abbatis Congregatis S. Isaie in Syria.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Primus Diffinitor hujus Congregationis Romanus venit.

§.1. **M**isericordiarum Pater, & Deus totius consolationis, qui semper, ac præsertim inter gravissimas Sacrosancti Apostolatus curas, & sollicitudines consolatur Nos in omni tribulatione nostra, ut & ipsi paterna caritate complectentes, eos qui in omni pressura sunt, consolari possimus, ineffabili bonitate sua consolatus est Nos in adventu dilecti filii Petri Hataya Monachi expresse professi, ac primi Diffinitoris Ordinis S. Antonii Abbatis Congregationis Syriae S. Isaie appellatæ.

Nomine totius Congregationis Pape porrigit Constitutiones approbandas.

§.2. Hic autem e Syria, ubi Orthodoxa Catholica Fides inter adversas superstitionis, & hæresis Sectas a Maronitica Natione huic Sanctæ Sedi semper addictissima integerrime colitur, & custoditur, adveniens, Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Simonis Hariddi Abbatis Generalis, & Abrahami Elaf, Bimini Agia, Petri & Pauli Chiami Diffinitorum, atque omnium Monachorum Ordinis, & Congregationis præfat. exponi fecit, quod licet ipsi easdem Constitutiones in nonnullis levibus rebus immutatas, quas per alias nostras in simili forma Brevis die 21. Martii anno 1732. expeditas literas a Nobis approbatas, & confirmatas Dilecti itidem Filii Monachi Syri Maronitæ ejusdem quidem Ord. Sancti Antonii Abbatis, sed Congregationis Montis Libani dictæ observant, deque ipsorum Congregatione S. Isaie in præfatis literis

nostris facta fuerit mentio, tamen, ut fidelem, & constantem, quam eidem S. Sedi profitentur, observantiam, & obedientiam alacrius testatam faciant, & Nationalis Synodi novissime in Monte Libano prædicto celebratæ decreto, in quo præscriptum fuit, ut Monachi omnes Maronitæ suas Constitutiones ab Apostolica Sede præfata approbandas, & confirmandas curarent, parere satagant, Constitutionum hujusmodi, ut præmittitur, jam approbatarum, confirmatarumque pro eadem Congregatione Montis Libani approbationem, confirmationemque pro ipsorum Congregatione S. Isaie desiderantes, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & de Apostolica benignitate indulgere dignemur.

§.3. Constitutiones autem sunt tenoris, sequentis videlicet:

Tenor Constitutionum.

CONSTITUTIONES

Monachorum Syrorum Maronitarum Ordinis S. Antonii Abbatis Congregationis Sancti Isaie Syriae nuncupatæ.

PARS PRIMA.

CAP. I.

De Obedientia.

**I.** Debet Monachus Abbatem suum Christi loco citra omnem disceptionem habere. II. Eidemque in omnibus, peccato excepto, obedire. III. Et illum honore & amore, tum interno, tum externo prosequi. IV. Nihilque eo inconsulto statueret. V. Neque de illius circa Fratres regimine subtiliter investigare. VI. Omnem propriam conversationem, seu bonam, seu minus rectam, illi plane patefacere. VII. Nullas expositiones, sive tractatus habere, aut scribere, neque concionari, aut docere, nisi ipso consulto, atque annuente. VIII. Nec epistolam mittere, aut accipere, quam illi non antea exhibuerit. IX. Nec illo inconsulto depositum, aut pignus suscipere. X. Neque mutuum quidpiam dare, aut accipere, neque elemosynam erogare, aut petere, nisi illo annuente: servatis tamen juris solemnitatibus, & accepta a legitimo Superiore facultate.

CAP. II.

De Castitate.

**I.** Monachum oportet omnes sensus suos diligentissime cohibere. II. Atque a feminarum etiam sibi affinium colloquio, & consuetudine abstinere. III. Omnes item omnino feminas ab ingressu sui Monasterii prohibere. IV. Neque cum puero simul habitare. Si quos tamen doceri contigerit, extra Monasterii claustra docendi erunt. V. Omnes denique occasiones castitatis noxias amputare atque amovere.

CAP. III. De

CAP. III.

De Paupertate.

**I.** Monachum convenit nihil omnino proprium possidere. II. Neque aliquid omnino sibi quali proprium usurpare. III. Neque suo cordi, aut corpori jungere quidpiam ex bonis parentum, aut consanguineorum; necessitate autem cogente, sibi id præstare intelligat non consanguinitatis jure, sed non secus atque ceteris externis.

CAP. IV.

De Humilitate.

**I.** Monachum decet primatum nusquam appetere, sed contra aliis ubique cedere, atque novissimum locum tenere. II. Omnes actus, & mores suos externos ad abjectionem & humilitatem componere, & Fratres ubique deferre. III. Fratres item prævenire verbo, *Parce mihi*, si rei, que agitur, natura istud exigat.

CAP. V.

De Fraternali Charitate.

**I.** Monachum oportet quam diligentissime ea omnia procurare, quæ ad communem concordiam, & pacem cum reliquis fratribus conducere intellexerit. II. Debet itaque reverentiam, urbanitatem, comitatemque verbo & opere exhibere Fratribus, non modo Superioribus, sed etiam æqualibus, atque inferioribus, & præcipue illis, qui sibi ista præstare detrectant. III. Caveat item accuratissime, ne quempiam condemnet, aut vituperet; neve sibi verbum, gestusve excidat, ex quo audientibus invidia, aut suspicio quævis oriatur. IV. Satagat præterea cor habere mundum a quavis appetitione superioris sortis, ne in deo livor, & invidia subrepat, vitium maxime detestandum, & charitati exitiale.

CAP. VI.

De Patientia.

**I.** Monachus debet verbo, & opere se ad patientiam comparare perfectæ mortificationis studio. II. Suborta autem tentatione, actu iracundiæ agitari perturbative se non sinat; sed longanimitate, & silentio omnem sedare perturbationem studeat. III. Tentationibus atque difficultatibus pressis, ubique Deo gratias agere alluefcatur.

CAP. VII.

De Habitu Monachorum.

**I.** Monachus debet habitum nigrum habere. II. Superiorem vestem laneam, cui Sancti Patris Antonii Tau cerulei coloris in sinistro latere sit assutum, adhibeat. III. Zona nigra stricta se cingat; Tyrones vero sune ex pilis caprarum contexto. IV. Zonam non solvat, nec monasticum cucullum deponat, aut aliam vestem, cubiturus, nisi quæ Zona subesse non solet. V. In habitu, calceamentis, lecto, & stragulis paupertas fervetur.

CAP. VIII.

De mora in Cella.

**I.** Monachus sine causa cellam deserere. Bull. Rom. Tom. XIV.

non debet. II. Neque secum in illa habitare quempiam permittere. III. Neque Fratriscellam citra ipsius annutum ingredi. IV. Si quempiam ad cum venire contigerit, illo in cella præsentem, janua pateat, neque occludatur, donec ille abierit. V. Monachi cella ita clausa maneat, ut communi, qua reliquæ Fratrum cellæ, clave referari valeat. VI. Cellæ munditiam & ordinem curet.

CAP. IX.

De iter agentibus.

**I.** Monachus non debet sine socio extra claustra abire. Quapropter ante suum e Monasterio egressum, comitem ab Abbate petat. II. Nullum iter suscipiat, nisi de licentia Abbatis. III. De Monasterio non exeat, nisi tempore ab Abbate constituto. IV. Si ne literis Abbatis sui de altero in alterum Monasterium non pergat. V. Quodcumque Monasterium intraverit, ejus loci Abbati usque ad suum inde discessum omnino pateat.

CAP. X.

De Mensa.

**I.** Mensa Monachi cibo obvio & parabili instruat. II. Bis in die dumtaxat cibum sumere, prandium, scilicet, & cœnam, contentus sit. Si quid amplius sumere necesse fuerit, Abbatem consulat. III. Carnibus abstineat; nec illis, nisi ægritudinis causa, vesci fas esto; idque de licentia Abbatis. IV. Hominem secularem ad mensam intra Monasterii claustra non adhibeat. V. Ad mensam sine Abbatis licentia non se deat supra seniores. VI. Mensæ affidens neminem salutet. VII. Post refectorem fas est tantisper animum relaxare, vel in solitario secessu, vel una cum fratribus.

CAP. XI.

De Opere manuum.

**I.** Monachum oportet operi seu mentali, seu corporali vacare, præsertim si firma corporis valetudine utitur. II. Opus autem Fratribus utile esto. III. Illud vero, nisi de licentia Abbatis, non capiat: sique res ipsa postulat, etiam officinæ, in qua est operaturus, præfectum consulat, ejusque annutum petat.

CAP. XII.

De Silentio.

**I.** Monachus debet silentium discrete observare. II. Idque tribus præcipue temporibus: a Completorio, nimirum, ad Tertiam diei sequentis: præterea in Ecclesiâ, atque ad mensam. Et si quid dicendum fuerit, submissa voce dicatur.

CAP. XIII.

De Oratione Mentali.

**I.** Monachus mane, & vespere orationi mentali ad semihoram, vel horam vacabit; idque fiat vel post absolutas vocales preces, vel ante, ad Abbatis nutum. II. Oraturus vel cum aliis Fratribus in Ecclesiâ conveniat, vel solus in Cella maneat. III. Hujusmodi autem orandi genus non suscipi.

E e e

fuscipiant, qui laboriosis ministeriis addicuntur, nisi de licentia Abbatis.

CAP. XIV.  
*De Oratione Vocali.*

I. Monachus septem orandi tempora observet juxta Monasterii consuetudinem. Primum, Vespertinum officium sub occasum: deinde Completorium ante cubitum. Tertio, Officium medice noctis sub horam propriam. Quarto, Officium Matutinum simul cum hora Tertia. Postremo officium Sexta simul, & Nona. II. Annuendae sunt Completorio Litanie Deiparae singulis Sabbatis, feriis quartis, & in Festis Beatiſſimae Virginis Mariae, Completorio succedit conscientiae examen ad octavam horae, quod etiam mane fieri debet post Tertiam. III. Feria quarta, & sexta singuli in Cellas suas secedant sub Vesperam post conscientiae examen, & Psalmum quinquagesimum manibus in Crucis figuram extensis recitent quinquies. Ceteris vero diebus quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitent. IV. Penitentiales genuflexiones, quas Metanoas vocamus, ad Laudes singuli peragant.

## CAP. XV.

*De Confessione Sacramentali.*

I. Monachus peccata sua Sacerdoti ad confessiones excipiendas constituto confiteri debet: si autem alteri Sacerdoti, Abbate consulat. II. Idque semel quavis hebdomada saltem praestet. III. Sub ingressum in Religionem generali confessione peccata sua apud Sacerdotem ab Ordinario approbata deponat, nec recipiatur, nisi exhibita attestante, quod confessionem Sacramentalem emisit.

## CAP. XVI.

*De Sanctorum Myſteriorum Communione.*

I. Monachus debet opere, & desiderio perpetuo paratum se praebere ad perceptionem Sanctorum Sacramentorum. II. Eorumque communionem frequentare, atque suscipere diebus Dominicis, & festis de Precepto. III. Siquae in eadem hebdomada plura concurrant festa, propter Sacramenti reverentiam juxta Abbatis consilium in quibusdam a communionem abſtineat. IV. Monachus vero Sacerdos Sacrum non omitat unquam, nisi causa ab Abbate probata, vel Confessarii consilio. V. Ob divinorum Myſteriorum reverentiam nullus Monachorum, sive Sacerdos, sive Clericus, sive Laicus Missam celebret, aut divinam Eucharistiam recipiat, nisi aperto capite. VI. Cucullum etiam Monachi omnes capite deponant, dum Sacro interveniunt, & cum datur a Celebrante Benedictio in Choro. Ubi demum Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia conservatur, quoties ante illud est transfundum, caput detegant, & genuflectant. VII. Monachus Diaconus coronam in capite, quam Sacerdos, paulo minorem gestet, nec Missa solemnem, nisi habitu Diaconi indutus, ministret.

## CAP. XVII.

*De Modestia.*

I. Monachus e Cella egressurus, proprium habitum induat: neque sine eo a quoquam se conspicere permittat. Memineritque inclinare caput Abbatibus, & Sacerdotibus senioribus, circumstantis loci atque temporis id exigentibus; juxta traditionem, & ordinem, atque morem Fratrum. III. Abiturus, aut cellam subiturus, aut fores patefacturus, aut clausurus, aut pulsaturus, modestiae atque silentii memor esto. IV. Charitatem, hilaritatemque cum timore Dei conjunctam in familiari cum Fratribus colloquio praeferat. V. In summa intelligat, in omnibus dictis factisque suis sibi modestiae gravitatisque leges esse servandas.

## CAP. XVIII.

*De Aegrotis.*

I. Monachus Deo gratias agere debet in statu aegritudinis magis, quam in statu valetudinis, sciens se ad proprium profectum a Domino visitari. II. Inconsulto Abbate corpus affligere, aut vexare non debet. III. Aegritudinem praesentens, Abbatem moneat. IV. Pharmaca, & remedia Abbate inconsulto non adhibeat.

## PARS SECVNDA.

## CAP. I.

*De Novitiis.*

I. Licet Abbati in suo Monasterio Novitios suscipere, atque etiam expellere, de consilio Congregationis Monachorum II. Novitius non probetur, nisi in Monasterio, in quo plures Monachi degunt, qui & Monasticam Regulam observant, & statutis temporibus canonicas preces, ceterosque Ecclesiasticos ritus peragunt. III. Habent Novitii in loco a ceteris separato: & curabit Abbas Generalis, ut pro Novitiatu designetur Monasterium determinatum, & in eo locus separatus. IV. Novitiatus ad annum producat, neque quicumque ante expletum hoc spatium ad Habitum admittatur, nisi ex causa a Congregatione Hegumenorum probata. Si vero Novitius expleto anno ad hoc minus idoneus reperatur, omnino dimittendus est. V. Novitius ante expletum aetatis annum sextum decimum non suscipiatur: neque major sit quadragesimo quinto: Pertinet autem ad Congregationem Hegumenorum in hoc casu, si aliunde noverit illum Ordini profuturum, sive in defectu aetatis, sive in excessu dispensare, modo non sit minor annis quindecim. VI. Novitium primo oportet esse Christianis parentibus natum, atque Orthodoxum. Quare si ipse, aut alteruter ejusdem parentum, Christianus non est, aut christianam fidem negavit, vel neophytus ad illam accessit, aut a catholica fide ad sectam haereticorum transit, absque licentia Congregationis Generalis a nemine suscipiatur. Qui vero haereticis aut schismaticis parentibus natus est, ab Abbate Monasterii suscipiendus non est, nisi de licentia

tia Abbatis Generalis. Secundo, si excommunicatus, interdictus, suspensive ab exercitio sui Ordinis fuerit, ante absolutionem, atque benedictionem proprii Episcopi non recipiatur. Tertio non recipiatur Novitius publice suspectus, vel delatus de criminibus spectantibus ad negotium fidei orthodoxae, vel de homicidio, aut enormi in re turpi delicto: neque notorie infamis, nisi certa sincere poenitentiae signa antea ostenderit, & obtinuerit absolutionem, aut dispensationem a legitimo superiore, prout de jure. Quarto, nec recipiatur alieno gre obstrictus: neque reddendis de administratione rei alienae rationibus obnoxius: neque Judicis sententia exilio multatus; nisi creditoribus, & magistratibus satisfecerit. Quinto, nec conjugio ligatus, nisi de consensu conjugis, & facta coram Episcopo separatione. Sexto, nec in Ecclesiastica dignitate constitutus, cui cura animarum annexa sit, nisi in manu sui Praelati illam abdicaverit. Septimo, nec nothus, neque alio vitio laborans irregularitatem inducente, & processum ad sacros Ordines impediens, nisi obtenta ab habente facultatem absolutione, seu dispensatione. Octavo, nec aeger corpore, nec morbo cuius obnoxius, nec infans, aut mentis minus compos suae; sed corpore sanus, & integer sit, & interno externeque vitio careat, quo ab Ordinibus suscipiendis, aut exhibendo Fratris ministerio impediatur. Nono, nec qui in alio Monasterio, aut Ordine professionem emisit, nisi petita a proprio Praelato venia, & nostra generali Congregatione annuente. Monachi vero, qui sua nobis Monasteria superiorum permittunt, tradiderint, si congregationem nostram optaverint, ad annum sunt probandi, quo peracto, rogatis Congregationis Monachorum de more suffragis, ad professionem admittantur; locum vero post Monachos, quos invenerunt, obtineant. Qui vero Novitius in alio Monasterio, aut Ordine fuerit, non recipiatur, nisi de licentia Abbatis Generalis. VII. Abbas Monasterii antequam Novitium admittat, exploret circa omnia praedicta: & examen fiat in Congregatione Monachorum. Si Abbas Novitium post praemissum examen admiserit, deinde vitium in eo deprehenderit, aut impedimentum quodlibet, continuo illum e Monasterio dimittat. Si vero praedictum examen neglexerit, ab Abbate generali graviter erit puniendus. Qui autem Novitium susceperit, sciens impedimentum aliquod ex praedictis obtare, ex gradu suo excidat qui id ausus fuerit sine mora, nec ad ullum deinceps in Religione gradum idoneus dignusve censetur ipse, & omnes Monachi, qui in Congregatione una cum illo interfuerint, ad triennium: quo expleto, a Congregatione Hegumenorum restitutionem obtineant. Novitius vero eum in modum receptus si necdum professionem emisit, e Monasterio expellatur: si autem professus fuerit, res ad Congregationem Hegumenorum devoluta censetur, quae cum Rmo Dno Patriarcha, aut legitimo Superiore

Bull. Rom. Tom. XIV.

riore causam definit. VIII. Debet insuper Abbas de Novitii aetate, indole, scientia, valetudine, causa vocationis ad statum religiosum, & ceteris hujusmodi cognoscere: idque fiat in Congregatione Monachorum. IX. Postquam ergo Abbas cum Monachorum Congregatione admissionem Novitii probavit, tum vero locum a Fratribus separatim illi assignabit, ibique ad octo saltem dies citra habitum mutationem maneat, atque interea Regulas Ordinis, Statuta, & Consuetudines examinet. Et primum Novitius generalem peccatorum confessionem apud Sacerdotem ad excipiendas secularium Confessiones ab Episcopo approbaturum obeat, atque sacram Communionem percipiat. Postea convocatis Monachis, sive Matutino, sive Vespertino tempore, Abbas Novitium induat Tyronum habitu juxta Ritus Syriacum. X. In quolibet Monasterio habeatur liber, in quo Abbas describat nomen Novitii, cognomen, patriam, diem, mensem, & annum, quo habitum Novitii suscepit. Similiter in codice annotetur dies, in quo professus est, monasticum habitum suscipiendo. Et praedictus liber in Archivio Monasterii reponatur. XI. Tyronum annus supputandus erit a die, quo habitum Novitii induerit. Et prior tempore potior sit in gradu. At Sacerdos eum, qui Sacerdos non est, praecedat, & Diaconus non Diaconus. XII. Non liceat Abbati, neque aliis exigere; aut accipere a Novitiis quidquam pro ipsorum receptione ad probationem; sed nec pretium vestis ad probationem necessaria. Si vero Novitius sponte quidpiam Monasterio obtulerit, id porro palam, & in publico conventu fiat, cedatque in communem Monasterii usum. XIII. Novitiorum vestes, resque omnes certo in loco reponantur, postquam in codicem singula relata fuerint, ipso Novitio praesente una cum Fratribus: nec ulli liceat inconsulto domino quidpiam ex illis sibi usurpare, aut Monasterio applicare: sed nec ipse Novitius de rebus suis disponere valeat, probatione durante, aut alteri earum usum cedere, absque Abbatis consensu. Si Novitius ad seculum redierit, res suas auferre non prohibetur: illas tamen repetere non poterit, quas sponte, & expresse Monasterio donaverit, aut si professio sequuta fuerit. XIV. Novitius ante professionem quovis etiam brevissimo temporis spatio potest de rebus & bonis suis pro arbitrio disponere: post factam vero professionem nullum illi remanet in ea dominium, nec item Abbati, sed illud ad Ordinem statim transire censetur. XV. Currente probationis tempore, ter de Novitio Fratrum suffragia rogentur: & primum quidem expletis Tyronum sex mensibus: iterum vero post novum mensem: postremo post duodecimum, hoc est elapso probationis anno. Si in postrema Congregatione fuerit approbatus, habitum suscipiat, quamvis in geminis prioribus Congregationibus reprobatus fuisset: & e contrario, si in tertia reprobatus fuerit, dimittatur, nec priorum duarum Congregationum ulla ratio habenda erit. XVI. Suffragiis

E e c 2

giis